



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Clericvs Romanus Contra Nimium Rigorem Munitus Duplici Libro**

Quorum Uno Veteris Ecclesiae Severitatem, Altero Præsentis Ecclesiae  
Benignitatem

[Veteris Ecclesiae Severitatem]

**Francolini, Baldassare**


**Monachii, 1707**

**VD18 14592622-001**

Calumnia IX. Per viginti, & ampliùs an[n]os varijs, magnisque corporis,  
animique laboribus suos Pœnitentes exercere, ac probare consuevit vetus  
Ecclesiae. Disp. XI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41172**

publica pœnitentia, aut mitius punire permissum  
tendo plerisque, ut in Templo cum reliquis  
Fidelibus consisterent. Huc igitur evadere  
totus ille rigor damnandi omnes peccatores  
ad publicam pœnitentiam, ut videlicet vix  
lus eam vere subiret, uti fuisset per Canones  
subeunda. Ista sanè severitas, quæ legum  
non morum, Christiana severitas nunquam  
fuit, sed Pharisæorum.



## CALUMNIA IX.

*Per viginti & amplius annos, variis magnisque corporis animique laboribus, suos Pœnitentes exercere ac probare consuevit vetus Ecclesia.*

## DISPUTATIO IX.

*Doct. Disor.*



Uuid inquis? ignarus  
fortè videbor rari  
Ecclesiastica antiquitate  
tis?

*Doct. Rig.*

Imò ignarissimus. Ne  
videris tantum, sed es. Quis enim non legit  
vel saltem non audivit Canones Gregorianos  
Nyssenos, quibus hujusmodi Pœnitentia  
junguntur

junguntur? *Qui sua sponte interfecit* (inquit  
 Sanctus Basilius in sua Epistola Canonica ad  
 Amphilochem can. 56.) *& postea pœnitentiã*  
*ductus est, viginti annis Sacramento non com-*  
*municabit. Viginti autem anni sic in eo di-*  
*spensabuntur. Debet quatuor annis deslere*  
*stans extra fores Oratorij, & Fideles ingredien-*  
*tes rogans, ut pro eo precentur, suam iniqui-*  
*tatem pronuncians. Post quatuor autem an-*  
*nos inter Audientes recipietur, & quinque an-*  
*nis cum ipsis egredietur: septem autem annis*  
*cum ijs, qui in substratione orant, egredietur.*  
*In quatuor annis solùm stabit cum Fidelibus,*  
*sed non erit oblationis particeps, ijs autem ex-*  
*pletis, erit Sacramentorum particeps. Vigin-*  
*tileptem annorum spatio publicam solemnem-*  
*que in his quatuor stationibus pœnitentiam*  
*profiteri voluit homicidam Sanctus Grego-*  
*rius Nissenus Epist. ad Letojum, totosque ex*  
*his novem annos, ante fores Ecclesiæ gemere*  
*& lacrymari. Vix non in perpetuum ab Ec-*  
*clesiæ foribus ablegavit impios quosdam fures*  
*Gregorius Thaumaturgus. Et quidem, quam-*  
*vis perpetua non soleret esse ea solennis pœni-*  
*tentia, quæ in prædictas quatuor stationes di-*  
*stribuebatur, perpetua tamen subinde erat ea,*  
*quæ post hanc, reo, quamvis absoluto recon-*  
*ciliatõque imponebatur: jubebatur enim in re-*  
*liquum omne suæ vitæ tempus, lacrimis, &*  
 jeju-

2.

jeunijs indulgere, cilicium vix unquam deponere, diutissimè nudis pedibus incedere, abstinere semper à balneis, à thoro, à spectaculis, à convivijs, ab usu vehiculi, à malitia ipsa, à publici cujuslibet muneris administratione, quorum omnium proferam certissima documenta. S. Cyprianus in lib. de lapsis, *Orare oportet intensius & rogare, diem luctu transire, vigilia noctes ac fletibus ducere, tempus OMNE lacrymosis lamentationibus occupare, stratos solo habere cineri, in cicilio & sordibus volutari &c.*

3. S. Ambrosius lib. 1. de pœnitentia cap. 16. *volo veniam reus speret, petat eam lacrymis, petat gemitibus, petat populi totius fletibus, ut ignoscatur, obsecret, & cum secundò tertio fuerit dilata ejus communio, credat se remissius supplicasse; fletus augeatur, miserabilior postea revertatur, teneat pedes brachiorum osculetur osculis, lavet fletibus, nec dimittat. cognovi ego quosdam in pœnitentia sulcasse tantum lacrymis, exarasse CONTINUIS fletibus genas, stravisse corpus suum calcandum omnibus jejuno ore SEMPER & pallido, mortis spectante spiranti in corpore pratulisse. Et lib. 2. c. 10. An quisquam illam pœnitentiam putat, ubi acquirenda ambitio dignitatis, ubi vini effusio, ubi ipsius copula conjugalis usus? Renuntiandum Saeculo est, somno minus indulgendum est, quam*

natura postulat, interpellandus est gemitibus, interruptendus est suspirijs, sequestrandus orationibus, vivendum ita, ut vitali huic moriamur usui. Cùmque nec hic nec alibi Sanctus Doctor terminum definiat hujus abstinentiæ pœnitentiæque, debuisse eam esse perpetuam, satis innuit.

Simili modo loquitur Cœsarius Arelatensis Episcopus hom. 1. ex vulgatis à Balucio. <sup>4.</sup> Sunt enim aliqui Pœnitentes, qui idèd citò reconciliari volunt, ut carnes accipiant. Certum est, quod non satis pœnitentiã accipit, qui carnes, nulla infirmitate cogente, aut desiderat aut presumat accipere. Et idèd etiam reconciliatus Pœnitens, ubicunque aut in suo, aut in alieno convivio olera, & legumina, aut pisciculos invenire potuerit, aliam carnem non debet accipere. Magis expressè Basilus in ea Epistola ad Amphilochem can. 73. Christum negantes toto vitæ sue tempore deslere, & pœnitentiã agere decernit. Auctor libri de vera, & falsa pœnitentiã inter opera Sancti Augustini Abstineat à multis licitis, qui per libertatem arbitrij, commisit illicita. SEMPER offerat Deo mentis, & cordis contritionem Sc. cohibeat se præterea à ludis & à spectaculis Seculi, qui perfectam vult consequi gratiam remissionis. S. Pacianus Ep. 3. ad Sympronianum circa medium, loquens de Pœnitentibus dicit eis imperari

vari solitum carnis interitum, JUGES lacrymas, & gemitus SEMPITERNOS, quales certifuerunt lacrymæ, & gemitus eorum, quos verissimi carceris angustiiis usque ad mortem inclusos vidit Joannes Climacus. De his enim agens gradu 5. scalæ Paradisi sic habet. *Can ergo ad locum illum Pœnitentium, imò verò in regionem lugentium venissem . . . vidi quosdam ex innocentibus illis reis, totas noctes ad usque mane, sub dio immotis pedibus stantes, & miserabiliter cum somno, & natura luctantes . . . alios qui manus post terga sceleratorum reuincti, vultus alto terrore confusos humiangebant . . . sedebant alij humi in pavimento super cinerem, & saccum, genibusque vultumangebant, frontibus humum ferientes. Alii ad pedes pectus tundebant, alij se ipsos diuerberabant . . . erat ibi videre afflictos, & capite tota die contristatos incedere, olentibus, & corruptis, putrefactisque corporis citaticibus, qui nullam corporis curam haberent . . . ne apud illos audire erat, quàm hujusmodi vocis: *ve! ve! miseris nobis, merito, merito, parce Domine parce . . . Alij in gravi solis aestu se cruciabant: alij frigore se torquebant: alij cum modicum quid aquæ libassent, desierunt, tantum ut ne siti enecarentur: alij cum panem gustassent duntaxat, illum rursus ab se reijciebant, se indignos dicentibus, qui cibum humanum sumerent.**

erat, qui bestiarum opera exercuissent . . . Qualis autem erat illius loci aspectus? tota domus obscura & tenebricosa, tota olens & fetens, tota sordida & squallida: carcer enim, & damnatorum ergastulum non immeritò appellata est. Hoc autem loco usque ad mortem hos detentos fuisse refert idem Climacus, cujus longiusculam, quam fortè velles, descriptionem exhibui, ut constet, severos illos veteris Pœnitentiæ canones fuisse verè executioni mandatos, reosque non solum longo, viginti & amplius annorum spatio, sed perpetuò, eoque alperrimo pœnitentiæ genere, fuisse verè probatos.

Prædictos autem Canones, quibus Pœnitentes abstinere à thoro, à militia, aliisque huiusmodi monebantur, non fuisse quædam consilia regulasque, sed vera præcepta, quæ violare nefas esset, patet ex gravissima pœna, qua pledebantur transgressores. In eos sic animadvertit Consilium Aurelianense 3. cap. 19. *Si qui, penitentia benedictione suscepta, ad secularem habitum, militiamque reverti presumpserit excommunicatione plebatur, viatico concessio exitum.* Et longè antea Concilium Arlatense 2. cap. 21. *Pœnitentes, qui defuncto viro alij nubere presumpserint, vel suspecta, vel interdicta familiaritate cum extraneo vixerint, cum eodem ab Ecclesia liminibus arceantur.*  
Hoc

*Hoc etiam de viro in Pœnitentia placuit ob  
vari.*

7. Nec ista unius lustri, vel sæculi didici-  
na, sed diutissimè in Ecclesia custodita, ut  
allatis tam variorum temporum decretis  
sententiis constat, magisque ex ijs, quæ  
afferam, palam fiet. In Pœnitentiali Rom-  
no tit. 2. cap. 7. sic adimadvertitur in Re-  
lem. *Anathema sit, nisi per dignam Pœni-  
tie satisfactionem emendaverit, sic con-  
stitutum est à Sancta Synodo, id est sæculum re-  
quat, arma deponat, in Monasterium cari-  
pœniteat OMNIBUS diebus vite sua tit. 2.  
21. si quis fornicatus fuerit ut sodomita  
runt, . . . . . viginti annos pœniteat  
que ex his in pane, & aqua, & omni officio  
ponatur, & peregrinando finiat dies vite  
Tit. 7. cap. 5. si quis hominem publicè pœni-  
tem interfecerit, ut homicidium spontè com-  
sum dupliciter pœniteat, & NISI IN FINE  
communicet tit. 8. Sacerdos, qui cum filia  
spirituali rem habet ab omni officio deponatur  
& peregrinando quindecim annos pœniteat,  
stea verò ad Monasterium vadat, ibique OM-  
BUS diebus vite sue Deo seruiat. Similia  
guntur apud Burchardum lib. 12. cap. 21.  
8. Ivonem parte 12. decreti cap. 78 Burchardus  
autem, qui fuit Episcopus Vormatiensis,  
Conradi Imperatoris Magister, Canones Pœ-  
nitent*

nitentiales collegit circa millesimum. Ivo vero, qui fuit Episcopus Carnutensis, scripsit circa finem Sæculi undecimi. In Codice manuscripto de miraculis Sanctorum Floriani, & Florentii apud Martenen de antiquis Ecclesiæ ritibus part. 2. lib. 1. cap. 6. art. 4. hæc legitur pœna imposita parricidis. *Consuetudine antiqua partibus interioris Franciæ usque hodie mos inolevit, ut quisquis propinquorum sibi parentem gladio jugulaverit, & postea pœnitentiã ductus ad Pontificem crimen admissi facinoris detulerit, ipso decernente Pontifice, ex ipso gladio ferrei nexus componantur, & collum peccatoris, venter atque brachia strictim innectantur ex ipsis ferreis vinculis; sicque de propria patria, & solo patrio expellatur. Interim quousq; Divina pietas eadem vincula solvi præcipiat, primum Romæ, de hinc per diversa Sanctorum loca, veniam criminis efflagitando peregre profecti cogitur.* Plurima hujusmodi vincula divina milericordia confregit ad sepulcrum Sancti Nicetii Lugdunensis Episcopi, quibus alioquin perpetuò vincendus fuisset parricida.

Apud Bollandum Aprilis 19. hanc habes 10.  
epistolam scriptam à Joanne Magalonensi Episcopo, pro quodam Bernardo pœnitente, iussuque per laboriosam peregrinationem sua crimina expiare. *Joannes Dei gratiã Magalonen-  
M nensis*

nensis Episcopus, omnibus Ecclesia Carthaginiensis  
 Rectoribus subiectis, aeternam in Domino salutem.  
 Notum sit omnibus vobis, quod Bernardus  
 presentium latori, talem poenitentiam pro peccatis  
 suis horribilibus injunximus, quod usque ad  
 septem annos, nudis pedibus incedat, carnem  
 non ferat, OMNIBUS diebus vite sua: quinquaginta  
 dies ante Natale Domini in cibis quadragesimalibus  
 jejuset; quartam feriã a carne sagimine abstineat:  
 sextam feriã prater panem & vinum nihil comedat:  
 in omni sexta feria Quadragesima & quatuor temporum,  
 aquam nihil bibat: omni sabbato, exceptis festi-  
 lemnibus diebus, & nisi agritudo intercesserit,  
 carne & a sagimine abstineat. Qua propter poenitentiam  
 vestram in Christo suppliciter exoptamus, quatenus  
 pro redemptione animarum nostrarum, prafatum Poenitentem,  
 quia pauper est, in victualibus & vestibus misericorditer assistentetis,  
 orationibus sublevetis, de poenitentia etiam sibi injuncta  
 secundum quod ratio ex parte benignè relaxetis. Data Magalona  
 incarnatione Domini MCLXX. Mense Octobris.

II.

Nec ita severè, in vulgus hominum duntaxat,  
 vilis que personas, qualis erat Bernardus à prædicto Episcopo  
 commendatus animadversum fuit. Siquidem nec ipsis Principibus  
 viris, summisque Imperatoribus, poenitentiam  
 citum voluere Patres. Celebris est illa Calumnia  
 solita

Iohanni ad Sacerdotes adhortatio homil. 83. in  
 Mattheum, ut à Sacri Altaris communione  
 quosvis indignos expellant, & ad locum pœni-  
 tentium amandent. *Non parva vobis immi-  
 net pœna, si quem aliqua improbitate teneris  
 scientes, ei huius mensæ participationem per-  
 mittitis. Sanguis enim ejus de manibus vestris  
 requiretur. Si Dux igitur quispiam, si Consul  
 ipse, si qui Diademate coronatus indignè adest,  
 cubite, coerce, majorem tu illo habes potestatem.*  
 Celebris est illud Ambrosij factum ab Ec. 12.  
 delix foribus expellentis Theodosium, nec  
 antea absolventis, quam pœnitentiâ latis longa  
 & publica commissum facinus deslevit. Quod  
 Sancti Antistitis factum alij multi Ecclesiarum  
 Pastores Sacerdotesque imitati sunt. Edga-  
 ro Angliæ Regi, qui Virginem Deo consecra-  
 tam violaverat, quamvis sponte confesso, &  
 veniam summa cum animi, corporisque de-  
 missione, nec sine multis lacrymis experenti  
 septennem pœnitentiâ indixit Sanctus Dun-  
 stanus Episcopus, ut refert Capgravius; nem-  
 pè, ut in hoc toto spatio, coronam regni non  
 gestaret, jejunium in hebdomade biduanum  
 transigeret, thesauros suos pauperibus latè di-  
 spergeret, super hoc sacrandis Deo Virginibus  
 monasterium Septoniæ fundaret. Primarium 13.  
 quemdam Comitem in exercitu Othonis  
 Imperatoris confessum culpas suas & præfer-

M 2

tim

tim peccatum perjurij, compulit S. Romanus Abbas monasticam vitam suscipere, et pè perpetuam pœnitentiam. Quin ipsi Onni ejusdem perjurij reo, injunxit, ut nudis pedibus ad Sancti Michaelis Archangeli Templum in Gargano Apuliæ Monte situm se conerret, curarétque, cum posset, imperium abdicare, & monasticum ipse quoque habitum suscipere, ut refert Cardinalis Baronius

14. 996. Brevior quidem pœnitentia, sed fortior gravior subeunda fuit Henrico tertio Imperatori, ut veniam à B. Gregorio septimo impetraret. Hanc ergo ut obtineret, in Italiam venit (inquit Lambertus apud Card. Baronium an. 1077.) *Castellum in quo morabatur Pontifex, ingressus est, sed derelicto omni comitatu suo, deposito cultu regio, nihil præsferens regium, nihil ostentans pompaticum, nudis pedibus jejunus mane usque ad vesperam Romani Pontificis sententiam præstolando. Hoc secundum hoc tertio die fecit. Quarto demum die in conspectum ejus admissum, post multas hinc inde dictas sententias, his postremo conditionibus communicatione absolutus est. Ut die & loco quemcunque Papa designasset. evocatis ad generale Concilium Theutonicis Principibus presentesset, ipse Papa, si ita expedire videretur, negotiore causarum assidente, & ad ejus sententiam vel retineret regnum, si objecta purgasset,*

quo animo amitteret . . . usque ad eam autem diem quâ causa ejus legitime discussa terminaretur, nulla regij cultus ornamenta, nulla regia dignitatis insignia sibi adhiberet, nihil circa rerum publicarum administrationem, juxta consuetudinem suo jure ageret.

Et quidem hæc à Reipublicæ administra-  
 tione, ac regimine cessatio tam certa & inviolabilis Pœnitentium pœna fuit, ut, cum Francisci Proceres Ludovici pij regimen ægre ferrent, & in filium Lotharium transferri cuperent, ipsi Imperatori persuadere conati sunt, debere se propter gravissima, quæ commiserat in publica administratione delicta, publicam agere pœnitentiam; quam ille pro pietate, qua præditus erat, petere non recusavit: non enim nisi petenti concedebatur. Facti seriem narrat Cardinalis Baronius ad ann. 833. ex Franciæ Annalibus: ex eo autem optime conijcitur, quàm severa cum quovis genere Pœnitentium tunc esset Ecclesia. Igitur Episcopi: apud Compendium congregati, legationem ad Imperatorem miserunt, ut eum de suis reatibus admonerent, quatenus certum consilium suæ salutis caperet, (nempe Pœnitentiam) Quorum legatorum consilijs libenter assensum præbuit, spatium poscit, diemque concessit, qua de salubribus eorum monitis certum ei responsum redderet. Cum autem præscriptus

ptus instaret dies, sacer idem conventu  
 nimitur ad Ludovicum perrexit, eumque  
 genter de quibus Deum offenderat & Sanctam  
 Ecclesiam scandalizaverat, ac populum  
 commissum perturbaverat, admonere, &  
 Et illi in memoriam reducere curavit. Ille  
 ro, eorum salutiferam admonitionem &  
 nam congruamque exaggerationem libenter  
 plectens, promisit, se illis in omnibus acquie-  
 rum salutaris consilio, & subituro remedio  
 judicium &c. Veniens igitur idem Dominus Lu-  
 dovicus in Basilicam Sancta Dei Genitricis  
 adstantibus Presbyteris, Diaconibus, &  
 parva multitudine Clericorum presente etiam  
 Domino Lothario filio ejus, ejusque Proceribus  
 atque totius populi generalitate, quotquot  
 delictis intra sui septum eadem continere poterat  
 Ecclesia, & prostratus in terram super ciliatam  
 ante sacrosanctum Altare, confessus est coram  
 omnibus, ministerium sibi commissum satis inde-  
 gnè tractasse, & in eo multis modis Deum offe-  
 disse & Ecclesiam Christi scandalizasse, Peccatum  
 lumque per suam negligentiam multiplicari  
 perturbationem induxisse, & ideo ob tantorum  
 reatum expiationem, publicam & Ecclesiasti-  
 cam se expetere velle dixit penitentiam, quod  
 miserante Domino, per eorum ministerium, &  
 adiutorium prospere mereretur absolutionem  
 tantorum criminum, quibus Deus ligandi atque  
 solven-

salendi intulerat potestatem. Quem etiam ii-  
 dem Pontifices, utpote Medici spirituales salub-  
 riter admonuerunt, ut apertè confiteretur er-  
 rasua sua. . . . Verùm post huiusmodi admonitio-  
 nem professus est se in omnibus ijs præcipuè deli-  
 quisse, unde à memoratis Sacerdotibus fuerat fa-  
 miliariter sive verbis sive scriptis admonitus:  
 super quibus chartulam summam reatum  
 suorum, unde illum specialiter redarguerant,  
 continentem ei dederunt. Enumeratis inde  
 præcipuis ejus delictis, contra Rempublicam  
 commissis, & in ea charta contentis, quam ille  
 manibus acceptam legit, sic idem historicus  
 prosequitur. Post hanc verò confessionem char-  
 tulam suorum reatum & confessionis ob futu-  
 ram memoriam Sacerdotibus tradidit: quam  
 ipsi super Altare posuerunt, deinde cingulum mi-  
 litia deposuit, & super Altare collocavit, &  
 habitu seculi se exuens, habitum Pœnitentis per  
 impositionem manuum Episcoporum suscepit, ut  
 post tantam talèmq; pœnitentiam ultra ad mi-  
 litiam secularem non redeat. Hactenus Scri-  
 ptor Annalium Francicorum. Qui res gestas  
 Ludovici tunc temporis conscripsit, refert ( ut  
 videre est apud cit. Baron. ) mentem Episcopo-  
 rum prædictorum fuisse, ut Ludovicus irrevoc-  
 abilitè arma deponeret, quia videlicet, hæc  
 erat lex pœnitentium, ut non solum per vigin-  
 ti, & amplius annos, sed in perpetuum à rebus

sibi vetitis abstinere. Addit idem, fuit Ludovicum post susceptam pœnitentiam *retractum quoddam retrusum*, ut ibi velut in carcere, & pro more eorum temporum, suis scriptis legendis curandisque vacaret.

16.

Sed hanc pœnitentiam Episcopi fortasse veriores quàm par esset, Ludovico imponerunt. Quam modò subijciam Alexander tertius Pontifex cæteroquin mitissimus impo-  
 nitus Henrico secundo Angliæ Regi ob necem sanctissimo Archiepiscopo Thomæ quamvis non ab ipso, nec ejus imperio, sed, eo occasione dante, illatam. Eam breviter describit Augustinus in Epitome Annalium Cardinalis Baro-  
 ad ann. 1072. hoc modo. *Abductus de templo Legatis est in Templum (nempè Henricus) pro cuius foribus aliquanto perstitit in genua provolutus. Tum imperatum illi est, ducentos milites per annum aleret Hierosolymis, trecentis cuique aureis in stipendia persolutis. Legatus versus Ecclesiasticam libertatem conditas demeret, ademptas Cantuariensi Ecclesia possessiones redderet. In Hispaniam ipse cum exercitu in Palestinam (si Pontifex iusserit) adversus Saracenos pergeret, tum secretò jejunia, elemosinæ & alia quadam pietatis ei opera demandaret. Pro his porrò bona fide præstandis non Rex modò Pater, sed filius quoque, Patre ante quam impleret, decedente, jure jurando cautum*

*voluerunt.* I nunc, & nega, si potes, fuisse viginti & amplius annorum pœnitentiam impositam à veteri Ecclesiâ, nempe ab ea, quæ, ut totæque certissima testimonia ostendunt, tam sæpe imposuit perpetuam, quæque tam severas Pœnitendi leges Regibus ipsis & Imperatoribus à quarto seculo usque ad duodecimum statuit.

*D. D.* Ego verò in eadem persisto sententiâ, iterumque nego: sed audi, quid negem, non quidem impositam subinde fuisse viginti & amplius annorum pœnitentiam, sed factam nego, & quidem frequenter, veluti rem consuetam. Quod enim appellavi calumniam, id est, nempe Ecclesiam *consuevisse* exercere de facto & probare tamdiu Pœnitentes. Non enim quod semel fit, consuetudo est.

*D. R.* Non quidem. Sed ea quæ narravi tot diversorum temporum facta, consuetudinem indicant.

*D. D.* Nec istam, saltem qualem putas, nempe consuetudinem aut ita universalem, aut ita severam. Sed velim, audias me, nec interpelles, ut audivi te tam longa oratione declamantem.

Ut autem incipiam unde ipse incepisti: **17.**  
 novi ego quoque Canones utriusque Gregorii,  
 nempe Thaumaturgi atque Nysseni, Basilique:  
 sed an ipsorum sint saltem omnes, non est satis

M 5

cer-

certum. Utque aliquid dicam de Basilianis, quae celeberrimi habentur, plura sunt quae difficultatem ingerunt. Duo afferam. Can. 22, Fornicatoribus quadriennium poenitentiae imponitur: can. vero 39, iisdem imponitur septennium. Non igitur uterque Basilii canonem, & fortè neuter. Excusatio enim Balsamonis dicentis primum Canonem afferri à Basilio Canonem antiquorum, alterum ut suum, inuola est. Cum enim id facit Basilius, bene distinguit unum ab altero, ut legenti restat quos Canones constabit: hic autem eodem modo effertur uterque. Primus is est. *Qui autem qui mulierem, vel vi, vel clam, & in vitiatam habet, necesse est fornicationis poenitentiam imponere. Est autem in quatuor annis praesentium fornicatoribus supplicium. Oportet autem eos anno primo à precibus expelli, & ipsos de foribus ad fores Ecclesiae: secundo autem ad auditionem admitti: tertio ad orationem, quarto ad congregationem cum populo, abstinens se oblatione, deinde ei permitti boni communionem. Canon vero 59 est is. Fornicator septem annis à sanctis non communicabit, duobus desponsatus & duobus substratus & in uno seculo consistens, octavo autem ad communionem admittatur.* Quid in hoc, aut in illo, quod inuolatum unum recitari, ut non proprium, alterum, et proprium canonem? certè nihil.

Alterum

Alterum illud est, quod idem S. Præsul, 8. quindecim annorum pœnitentiam adulteris imponit: Concilium verò Constantino- politanum, celebratum in Tullio can. 87. mentionem faciens ejusdem Basilii, adulteris, & quidem pessimis, utpote ineuntibus, uxore superstitite, alterum matrimonium, solum septennium indicit. Verba canonis sunt hæc. *Quæ- rum reliquit adultera, si ad alium se contu- lit, secundum sacratum Basilium, qui hoc ex Propheta Jeremia colligit Sc. & qui reliquerit legitimam uxorem, & aliam duxerit, ex Domini sententia est adulterij judicio obnoxius. A sacris nostris statutum est, ut qui sunt hujus- modi, annum desleant, biennio audiant, trien- nio substernantur, & septimo cum Fidelibus con- stant, & sic oblatione digni habeantur, si cum lacrymis pœnitentiam egerint.* Si Patres qui præcessere Concilium hoc, inter quos primum locum doctrinâ, & autoritate in Ecclesia præ- stitit Græcâ obtinebat Basilium, cujus hoc ipso loco mentio fit, solum septennium pessimis adulteris indixere, jam fallum est à Basilio qui- buslibet adulteris statutos quindecim annos Pœnitentiæ.

Sed hæc obiter dicta volo, cæterum non repugno veterum canonum assertoribus. Fue- rint eorum auctores ii, quorum nomen præfe- runt; ii qui nomine Petri Alexandrini inscri- buntur,

buntur, Petri fuerint, Gregorii Thaumaturgum  
 qui ejus nomine, Nysseni, qui nomine Nysseni  
 Basilii, qui nomine Basilii, quique aliorum Pœ-  
 nitentium nomine gloriantur, ipsorum vere fu-  
 rint; adhuc tamen nego, tam longas Pœnitentia-  
 sias fuisse communiter Pœnitentibus impositas  
 ita ut verè fuerint executioni mandata.

18. Eas certè prima Ecclesiæ ætas nec im-  
 puto, quod non negant eruditi; & si nega-  
 stendo. Quos enim Apostoli reliquere ca-  
 nes, aut constitutiones ad pœnitentiam per-  
 nentes, quæ fuerunt à Clemente Papa collectæ  
 sunt plenæ amoris & benignitatis: tantum  
 abest, ut facile expelli, aut expulsos diu pœ-  
 nitentes voluerint, ut persæpe moneant  
 mandent, recipi eos perbenignè, & cum eorum  
 benignitate curari. Id monentur Episcopi  
 Apost. 51. & significantiùs lib. 2. Constitutio-  
 num Apostolicarum cap. 18. 28. 43. 44. 45. 46.  
 60. ut nisi perspectum id omnibus esset, ali-  
 gatis prædictis Constitutionibus ostenderent.  
 Cap. 19. ejusdem libri, solemniter pœnitentiam  
 eas plures stationes distributæ quædam liti-  
 menta cernuntur, sed ejus pœnitentiæ, quæ  
 longa est, nec admodum severa. *Cum aliquis  
 peccasse cognoveris (inquiunt) dolens jubere  
 foras ejici, & exeunte illo, doleant Diaconi,  
 quasitum detineant extra Ecclesiam, ingredi  
 pro eo te rogent: etenim pro peccatoribus*

uator Patrem rogavit. ut in Evangelio est scri-  
 ptum, Pater dimitte eis, non enim sciunt, quid  
 faciunt. Tunc tu jubebis illum intrare, & ex-  
 pendens, an pœniteat, & in Ecclesiam omnino re-  
 cipiat, afflictum illum diebus jejuniorum pro  
 ratione peccati hebdomadas duas, vel tres vel  
 quinque, vel septem dimitte, dicens ei qua-  
 cumque convenient ad peccatores corripien-  
 dum, & increpatum doce, & admone, ut maneat  
 apud se, & humiliter se gerat, rogetque Deum,  
 ut sit sibi benignus. Non hic multorum anno-  
 rum pœnitentia, sed paucarum hebdomadarum  
 imponitur, quamvis pro delicto gravissimo &  
 publico, quod solum tunc, ut ferè omnes asse-  
 rant, solemnè pœnitentia vindicabatur: quare  
 Paulus, quamvis satis multos, & quidem pro <sup>19.</sup>  
 gravibus delictis redarguat in suis epistolis, so-  
 lum incestuosum publicum hoc pœnæ genere  
 punivit, longiùs quidem quàm per paucas heb-  
 domadas, nempe per annum, quia delictum  
 fuerat non gravissimum solum & publicum, sed  
 vix auditum inter Gentes, & pro eo præser-  
 tim tempore nascentis Ecclesiæ, maxime scanda-  
 losum. Eùmque ipsum fortasse non tam diù  
 castigasset, si ejus veram pœnitentiam & emen-  
 dationem priùs cognovisset: statim enim ac de  
 ea certior factus fuit, eum absolvi mandavit se-  
 cunda ad Corinth. 2. per ea verba (ut Patres in-  
 terpretantur) *sufficit illi qui hujusmodi est, ob-  
 jurga-*

*jurgatio hae, quae fit à pluribus: ita ut è con-  
 vicio magis donetis & consolemini, ne sorte ab-  
 dantiori tristitiâ absorbeat, qui bujuscodi-  
 Propter quod obsecro, ut confirmetis in  
 Charitatem.*

20. Objici potest canon 24. Apóstolorum  
*Laicus semetipsum abscindens, annis tribus  
 munione privetur, quia vitæ insidiator est.*  
 Sed veller Juenin tom. 2. dissert. 6. quatuor  
 cap. 4. art. 1. respondet hos canones non  
 verè Apostolicos. Quia verò Cardinalis Ba-  
 larminus de script. Eccl. in Clemente asserit  
 mos quinquaginta esse legitimos & Apó-  
 stolicos, ideo dicendum est, eo tempore fuisse  
 frequens illud peccatum, ac proinde cum  
 etiam valde grave, fuisse speciali severitate  
 castigandum, nempe eâ pœnitentiâ, quæ viginti  
 annorum non fuit, sed solum trium, et  
 tota consistens in sola privatione commu-  
 nis.

21. Benignam hanc praxim, qui sequi  
 per duo & amplius sæcula, Ecclesiarum Pæ-  
 res, non admodum immutarunt, ita ut  
 quorum criminum pœnâ vel nihil statueret  
 statuendam videlicet pro ratione temporum  
 locorum, lapsorumque ab ipsis Ministris Sacra-  
 mentorum, vel longè mitiorem, quàm fuerat  
 postea statuta, ut facetur idem Basilii ad An-  
 philochium can. 18. *De lapsis Virginibus,*

quæ in honestate Domino professa sunt, deinde  
sua pacta conventa infirmarunt, Patres quidem  
clementer & leniter in earum quæ labuntur in-  
firmitatem se gerentes, esse admittendas sanxe-  
runt post annum, quam pœnam ipse extendit  
ad annos quindecim. Et can. 30. De his qui ra-  
piunt, canonem quidem antiquum non habe-  
mus, sed propriam sententiam proferimus, ut ipsi,  
& qui cum eis rapiunt, tribus annis sint extra  
orationes. Quare jure optimo Morinus lib. 2.  
cap. 21. n. 7. asserit, pœnas criminibus imposi-  
tas, ante Novatum breves admodum fuisse, &  
nonnunquam sceleratissimis hominibus, pacem,  
& communionem certis de causis, nullâ imperatâ  
interiori pœnitentiâ statim esse redditam.

Igitur tertio sæculo severius cœpit esse fo- 22.  
rum Ecclesiæ. Plures fuere causæ: ea prima,  
ut Montanistis, & Novatianis, veniam deli-  
ctis præsertim majoribus negandam asserenti-  
bus, Ecclesia mediam inire viam videretur,  
nec omnino veniam negans, nec statim indul-  
gens, sed post exactum satis longum pœniten-  
tiæ curriculum. Altera causa fuit Hæretico-  
rum præsertim Gnosticorum, aliorumque i-  
psum similibus fœdissima vivendi ratio, quâ no-  
men Christianum ita viluerat apud Ethnicos,  
non satis distinguentes hæreticos à Catholicis,  
ut nulla eorum lecta magis fœda videretur. In-  
stituta igitur fuit à Catholicis durior disci-  
plina,

plina, per quam ab hæreticis discriminare dignoscique facillè posset vera Christi Fides, sincera Religio. Tertia tandem causa ea, quod ( ut innuit Innocentius in Epist. ad Eperium, quam allegavimus disp. 3. num. 1. ) multi abutebantur Ecclesiæ benignitate, & reconciliatione securi facillè labebantur in persecutionibus, ut vim tormentorum evaderent. Id ne tam facillè contingeret, severis legibus usus fuit, quibus Fideles à lapsu absterrentur.

23. Quamvis autem omnes Orbis terrarum Ecclesiæ, in duobus sanctissimè convenissent, nempe in eo, quòd tota pœnitentia toleminum quatuor illas stationes alibi descriptas dimitteretur; & rursus in eo, quòd pœnitentia quamvis reconciliatis aliqua etiam licita prohiberentur, ne videlicet relaberentur; aliquid tamen Episcopi, alia multa addiderunt, quibus debitum modum excefferunt: nec excefferunt, sed *in immensum* ut ipse Morinus lib. 4. cap. 10. n. 1.

24. Excefferunt aliqui primò, quòd aliquibus gravioribus delictis, nec in morte veniam dandam putaverunt, quorum errorem, præsertim nostris disputationibus rejecimus.

Excefferunt aliqui secundò, quòd facillè quorundam criminum reos, sanctissimæ Eucharistiæ usu privarunt in perpetuum, quorum rigorem correxit prius Concilium Nicœnum.

num eo canone *de his, qui recedunt ex corpore,*  
*antiqua regula observabitur, ut necessariò vitæ*  
*sua viatico non defraudentur, & postea Siricius,*  
 Innocentius, aliique, quorum decreta alibi affe-  
 rimus.

Excesserunt aliqui tertio, quod hæc Sacra- 25.  
 menta, sin minus negarent, differrent nimis.  
 Hos redarguit præter Soterum, & Sylverium  
 alibi allegatos, Leo Ep. 87. ad Episcopos per  
 Viennensem Provinciam constitutos. *Nulli*  
*Christianorum facillè Communicatio denegetur, nec*  
*ad indignantis fiat hoc arbitrium Sacerdotis,*  
*quod in magni reatus ultionem, invitus, & do-*  
*lens quodammodo debet inferre animus vindi-*  
*cantia. Cognovimus enim pro commissis, & le-*  
*gibus verbis, quosdam à gratia Communionis*  
*exclusos, & animam, pro quâ Christi Sanguis*  
*effusus est, irrogatione tam sævi supplicij saucia-*  
*tam, & inermem quodammodo, ex utraque o-*  
*mnium munimine, diabolicis incurfibus, ut facillè*  
*caperetur, objectam.*

Excesserunt aliqui quarto, quòd nimis gra- 26.  
 ves poenitentias imposuerunt, ut publicam oc-  
 cultorum etiam criminum confessionem, aut  
 saltem poenitentiam (de quo disp. 6. & 7. actum  
 est) aliique hujusmodi ferè humanis viribus  
 majora.

Excesserunt aliqui quinto, quòd ægrè fer- 27.  
 rent, subditos suos severiùs à se castigatos ad  
 N alios

alios confugere, à quibus humanius tractantur: quo rigoris excessu videntur peccasse movicensis Concilii Patres, ausi Romanum Pontificem damnare, quòd *injustè* (ut ipsi dicebant) *absolveret, quos ipsi ligabant*, aliique aliarum regionum Episcopi, quorum, perpetua fuerat querimonia, nimis facile esse ad Romanam urbem perfugium, nec Pœnitentibus ad eam fugientibus justo labore stare remedium. Eisdem hujusmodi Pastoribus accensendum est. Abbas quidam, Petri Blesensis stylo justissime confixus in opusculo *de pœnit. & satisfactio* ut subditos suos in officio contineret, apud tantum eos jusserat confiteri culpas suas, nec apud hominem vobis simillimum, severissimum videlicet, nec satis fidelem secreti sibi committendum custodem. Prædictam Petri Epistolam, quæ etiam nomine dictum opusculum circumfertur, fortè alibi afferam.

28. Excesserunt aliqui demum, quòd in eodem etiam canone pœnitentiam in nullo fere eveniendam condonandam, aut minuendam putarunt. Non fuit rigor eorum Episcoporum, quorum meminuit Cyprianus Ep. 54. ægre ferentium, quos lapsis in primo Fidei certamine, sed lapsis in altero ex corde detestantibus, volentibusque in altero certamine, quod instabat, fortius pro Fide dimicare, statim venia concederetur. Quod si de Collegio aliquis extiterit, qui urgente

gamine, pacem fratribus, & sororibus non putat  
 dandam, reddet ille rationem in die iudicij, vel  
 importuna censura, vel inhumana duritia sua.  
 Eodem spiritu importuni rigoris à recto trami-  
 te veræ virtutis abducti quidam alii ejusdem  
 Africæ Episcopi, ut pariter ex Cypr. habetur, ad  
 Antonianum scribente, Cornelio Romano Pon-  
 tifici succensuerunt, quod Trophimum Episco-  
 pam, fidei paulò ante desertorem cum populo  
 suo, sed postea cum eodem reducem ad Eccle-  
 siam, ex causis, quas infra recensebimus, ex-  
 cepit statim, absolutumque Communioni sal-  
 tem laicali restituit. Nescio, an idem fuerit er-  
 ror Luciferi Episcopi Calaritani, dum juxta ali-  
 quos Scriptores, (quamvis ab aliis vindicetur)  
 nimis pertinaciter obstitit Alexandrini Concilij  
 Patribus, qui consulto, imò approbante Roma-  
 no ipso Pontifice, lapsos quosdam Episcopos,  
 jam poenitentes, sedibus suis, quibus per cano-  
 nes dejecti erant in perpetuum, ex justa causa  
 statim restituendos judicarunt.

His Episcoporum, in augenda, tuendaque  
 disciplina Poenitentia, tam multis excessibus  
 palam fit primò, non omnes omnium veterum  
 Ecclesiarum, aut Episcoporum poenitentiales  
 ritus laudandos esse. Palam fit secundo, nec o-  
 mnes fuisse communiter receptos ab Ecclesia,  
 quæ errare non potest. Quamvis ergo tam  
 longam poenitentiam aliquis Episcopus nimis

N 2

fortasse

fortasse severus imposuerit, non inde sequitur  
eam fuisse communiter impositam ab Ecclesia  
quod solum nego.

30. Sed, inquires, eam imponunt Canones  
triusque Gregorii, Basilique, quos nemo  
piens erroris redarguat, cum præsertim ecclesie  
Canones universa Ecclesia receperit, laudat  
que. At undè habes quòd universa Ecclesia  
Romana eos receperit? forte recepit Origenes  
sed is, ut Sozomenus refert lib. 7. cap. 16. ca-  
nem Nectarii munus Pœnitentiarii abrogatum  
receperit: Nectarii verò prædictum canonem  
nec ipse Socrates lib. 5. cap. 9. satis approbat.  
Adderet alius audacior, quàm sim ego, & tu  
habes non errasse utrumque eum Gregorium  
Basiliumque? cum Cyprianus, vir æque doctus  
ctus, veniam aliquibus, etiam in morte ex  
mio rigore negarit, erraritque iterum in ea  
lebræ Baptismatis controversiâ, nec solus errar-  
rit, sed cum innumeris aliis Africa, Ægypti  
Asiaque Episcopis, inter quos erat Dionysius  
Alexandrinus, quem Card. Baronius vocat  
*lius sæculi ornamentum, confessione celeberrimus,  
& I. ruditione clarissimum?* Ego tamen eos, Grego-  
rios, Basiliumque errasse nego, sed nego, ut  
ongam ab eis pœnitentiam imponi. Propo-  
nunt illi quidem eam pœnitentiam, sed non  
imponunt. Quæ esset imponenda volenti pœ-  
nitens satisfacere, totamque pœnam extinguere.

ostendunt, non autem docent, eam penitus  
 debere in vindicandis culpis custodiri censuram,  
 eam mensuram temporis, ac laborum retineri.  
 Basilius can. 13. sic loquitur *Cades in bellis fa-*  
*stas Patres pro cadibus non reputavere, ut mihi*  
*videtur, ignoscentes iis, qui pro pudicitia, &*  
*perate decertant. Recte autem forte habet*  
*consulere, ut qui sunt manibus non puris, solâ*  
*trium annorum communionem abstineant.* Hæc  
 verba utique præceptum, aut obligationem non  
 sonant, uti neque Canon 18. de lapsis virgini-  
 bus, 30. de furibus, & 73. de Apostatis. Simili  
 modo aut simili sensu loutum in reliquis, par  
 est credere. Hinc nec ipsa Ecclesia Græca eos  
 servavit, ut fatetur Balsamon, Gæcus ipse, &  
 prædictorum Græcorum Canonum interpres:  
 Siquidem post Canonem Basilii 58. & 59. qui-  
 bus tam longa pœnitentia imponitur adulteris,  
 & fornicariis, ita habet. *Quæ presentibus duo-*  
*bus canonibus decreta sunt, quod ad dictionem*  
*attinet, clarissima sunt, sed tamen quoad pra-*  
*xim attinet, sunt omninò difficillima. NEMO*  
*enim eâ ratione curatur, quæ illic continetur,*  
*Et nisi esset inenarrabilis clementis Dei misericor-*  
*dia, omnis caro periisset.*

Quod attinet ad alios canones Pœniten- 32.  
 tiales, negandum similiter esse videtur, omnes  
 in universum receptos esse, tanquam leges &  
 præcepta, quæ eas tam longas, tam plenas la-  
 bore,

hore, & pudore pœnitentias omnino imponere  
 mandarent, sed potius tanquam regulas quorundam  
 instructionesque, ex quibus Confessor cognosceret  
 majorem, aut minorem culpam, gravitatem, & meritum.  
 Regulas eos vocat Leo epist. 90. ad Rusticum Episcopum Narbonensem.  
 Sic etiam eos appellat Concilium Vormatiense, celebratum anno 868. Nec aliter  
 sensisse videtur Hieronymus relatus in decreto de pœnit.  
 dist. 1. ubi sic. *Mensuram autem temporis in agenda pœnitentia idcirco non satius pertè præstunt  
 Canones pro unoquoque criminis, ut de singulis dicant, qualiter unumquodque  
 mendandum sit, sed magis in arbitrio Sacerdotis intelligentis statuunt, quia apud Deum non tantum  
 valet mensura temporis, quàm doloris, nec abstinentia tantum ciborum, quàm mortificationum vitiorum.*  
 Propter quod ipsa tempora pœnitentia, pro fide & conversione pœnitentium adhibenda  
 præcipiunt, & pro negligentia præcipiunt. Extant tamen pro quibusdam  
 pœnitentia modi impositi, juxta quos cetera expendenda sunt  
 culpe, cum sit facile per eos modos vindictam & censuram Canonum  
 afferre. Hinc Gulielmus Episcopus Parisiensis, & præstans sui ævi  
 Theologus lib. de pœnit. sacram. eosdem Canones Pœnitentiales  
 cum expendens, *Videntur (inquit) esse exemplaria satisfactorum pœnitentialium, ut juxta illa,*

illa, vel cum visum fuerit, aliqua de his, aut  
 etiam ipsamet pœnitentiæ canonica Pœnitenti-  
 bus injungantur. Idem sentit Bail in exam. 33.  
 Pœnitentium part. 3. quæst. 8. ubi sic. *Quam-*  
*vis autem aliquando obligati fuerint Sacerdotes*  
*ad discendos istos Canones, non ideo factum est,*  
*ut in foro secreto pœnitentiæ pœnas per eos pecca-*  
*ta decretas imponerent, sed magis, ut gravita-*  
*tem peccati Pœnitentibus notam facerent, indi-*  
*cando eis, quàm graviter in foro mixto puniren-*  
*tur, sicut nonnunquam solemus in foro pœniten-*  
*tiali gravitatem certorum peccatorum docere,*  
*nam dicimus, hac suspendio, aut igne punienda*  
*sunt, si in foro externo probarentur juridicè.*  
 Consentit Suarius in 3. par. tom. 4. disp. 38.  
 sect. 4. *Erant (inquit) solùm regula directiva,*  
*ut illam Confessores sequerentur, quantum ex-*  
*pedire censerent.*

Nec facit, quòd transgressoribus e.g. nu. 34.  
 bentibus post acceptam pœnitentiã, vel ha-  
 bitum dimittentibus, redeuntibusque ad com-  
 munem vitam, infligeretur quandoque pœna  
 gravissima: Id enim probat ad summum ali-  
 quos Canones habuisse vim gravis præcepti,  
 non autem omnes, & præsertim eos, qui Pœni-  
 tentibus tam longam pœnitentiã imponi vo-  
 lebant. Dixi *ad summum*, quia re verã nec  
 illud hoc argumento probatur, siquidem præ-  
 dictæ pœnæ non infligebantur tanquam trans-  
 gressio-

gressoribus canonum, sed tanquam publici fidei, aut etiam voti contemptoribus, ut gravissimè puniuntur Apostatae religiosi, & in eo post solemne votum castitatis matrimonium non quia extra monasterii septa, legesque servant, id enim innocenter faciunt seculares, quia contrahant matrimonium; quod utrum non est per se illicitum, sed quia id faciunt post votum, quo se id minimè facturos promiserant, promittebant autem suscipientes solemne poenitentiam eam Poenitentium disciplinam custodire. Hinc Sanctus Leo ad Rusticum Neobonensem, interrogatus de Monacho, qui factus fuerat miles, respondet. *Qui relicta regularitatis professione (id est promissione nendi solitarium, & sine conjuge) ad militiam, vel ad nuptias devolutus est, publica poenitentia satisfactione purgandus est, quia, si innocens sit militia, & honestum potest esse conjugium, electionem tamen meliorem de servitio transgressio est, electionem videlicet promissione firmatam.*

35. Demum vel Canones praedicti vim praescripti haberent, juberentque omnino eas tam admodum longas, vel longas poenitentias imponi, vel id non juberent: id certum est, perquam paucos, & vix ullos tam severae poenitentiae jugum subire, quia circumstantiae temporum vel Poenitentium, aut suadebant, ne imponerentur, aut

ut, ut impositæ relaxarentur. Quod si evi-  
 cero, habeo, quod intendo : id enim initio  
 negavi, consuevisse videlicet Ecclesiam tam  
 longâ viginti & amplius annorum pœnitentiâ  
 probare de facto, & exercere Pœnitentes. Quin  
 forte à veritate non aberrabo, si dixerò, per  
 paucos annum integrum in solemnî, aut pu-  
 blicâ pœnitentiâ perdurasse.

Et primò Clerici omnes excluderentur à  
 publica & solemnî pœnitentiâ, ut refert Siri-  
 cius Papa epist. I. *Pœnitentiam agere cuiquam  
 non conceditur Clericorum.* Secundò excluderentur  
 milites, nisi arma deponerent, quod  
 plerique facere non poterant, ut constat ex  
 Aug. serm. 58. de temp. Item qui publicum  
 magistratum gerebant, nisi, quod plerisque  
 non permittebatur, eo se abdicarent, ut patet  
 ex ea historia, quam recitasti Ludovici pij Im-  
 peratoris. Tertiò qui annum quadragesimum  
 non attingeret, ad eam non admittebatur, ut  
 sancivit Concilium Romanum sub Sylvestro his  
 verbis *ne quis pœnitentiam, nisi quadraginta  
 annorum petenti.* Cùm autem peccata magis  
 communia, & graviora, pro quibus ea tam  
 longa pœnitentia solebat imponi, post illam  
 ætatem vix committantur, nec emendatis pœ-  
 nitentia imponeretur, cùmque ex his paucissi-  
 mis, qui post illam ætatem in ea delicta labe-  
 rantur, essent excludendi Clerici, aliique mo-  
 dò re-

N 5

dò re-

dò recensiti, quin & innumeri alii morbis impediti, aut paupertate, ut qui terram colunt, aliásque hujusmodi artes profitentur, quibus vires nec tempus suppetebat ad ea pœnitentiæ exercitia peragenda, sequitur manifestè, paucos fuisse eos, quibus ea solemniter imponi. Scio ante Sylvestrum fuisse quosdam Juvenes ad pœnitentiã admisso, sed infeliciter exitu, qui prædictis Sylvestri, & aliquot inde Conciliorum decretis occasionem dedit.

37. Secundò ex his ipsis paucissimis, qui pœnitentiã canonicam subire, plerique ejus timore absteriti se tam gravi jugo submittere recusabant. Hac de re queritur Tertullianus in lib. de pœnit. cap. 10. & 11. quavis tunc longè minor esset pœnitentiæ rigor. *Plerosque (inquit, agens de pœnitentiã) non opus, ut publicationem sui, aut suffugere, aut die in diem differre præsumunt, pudoris magis memores, quàm salutis.* Tam multi temporè Cypriani erant illi, qui pœnitentiã detrectantes, aut indignè de Sacramento Altaris communicabant, aut ejecti ab Ecclesia solùm in morte cum ea reconciliari petebant, ut absterendis primis, multis miraculis opus fuerit, quorum ipse meminit in lib. de Lapsis. *Quam*

38. *multi quotidie pœnitentiã non agentes, nec delicti sui conscientiam consistentes, immunitati spiri*

spiritibus adimplentur? Quam multi, usque ad  
 insaniam mentis excordes dementia furore  
 quantantur? Absterrendis autem secundis, ali-  
 qui Episcopi, inter quos Cyprianus ipse, ne-  
 cessarium putarint ferale illud decretum de i-  
 piis nec in morte absolvendis (quod improba-  
 ri disput. 3.) alterumque illud de negando  
 viatico Sacramento, cuius paulò ante  
 meminimus, quòdque confirmarunt Patres Conci-  
 lii Arelatensis celebrati paulò post tertium se-  
 culum. De his, qui apostatant, & nunquam se  
 ad Ecclesiam repraesentant, nec pœnitentiam qui-  
 dem agere quarunt, & postea infirmitate corre-  
 pti, petunt communionem, placuit eis non dan-  
 dam communionem, nisi revaluerint, & egerint  
 dignos fructus pœnitentia. Hanc ipsam eorum  
 temporum pravam consuetudinem detrectan-  
 di asperam illam pœnitentiam testatur Cardi-  
 nalis Baronius ad ann. 314. Lapsorum quam-  
 plures, reddita Ecclesie pace, latentes, vivebant,  
 nec de admissio impietatis scelere, moniti licet,  
 pœnitentiam agebant. Id ipsum contigit  
 quarto seculo abeunte, & sub initium quinti,  
 queriturque non semel S. Augustinus: *Resistit*  
*mibi* (inquit hom. 49. ex 50. hom. celebrans  
 Theodosij Imper. pœnitentiam) *filius pestilen-*  
*tia, & erubescit genu figere sub benedictione*  
*Dei? Quod non erubescit Imperator, erubescit*  
*nee Senator, sed tantum Curialis? Superba cer-*  
*vix*

vix, mens tortuosa. Fortassis, imò quod non  
bitatur, propterea Deus voluit, ut Theodorus  
Imperator ageret pœnitentiam publicam in  
spectu populi, maximè quia peccatum ejus  
non potuit. Et erubescit Senator, quod non  
erubuit Imperator? Erubescit nec Senator,  
tantùm Curialis, quod non erubuit Imperator?  
Erubescit plebejus, sive negotiator, quod non  
erubuit Imperator? Quæ ista superbia est? Nec  
cap. 81. Enchiridij, Nam & ipsa Pœnitentia  
plerumque infirmitate non agitur, quia & pudor  
est, & timor displicendi, dum plus delectat  
minum aestimatio, quàm justitia, quàm se quod  
humiliat pœnitendo. Addit Ambrosius lib. 1.  
de Pœnitentia cap. 9. id evenire consuevit  
ij ipsi, qui pœnitentiã petebant, cum acceperant  
publica supplicationis revocarentur pudor.  
Quare non abs re S. Pacianus epist. 3. contra  
Sympronianum, quàm tu allegasti, post ea ver-  
ba, cui, nempè Pœnitenti, carnis interitum  
imperatur, cui juges lacrymæ &c. subjicit, La-  
bor iste P. ALCORUM est, qui post casum resurgunt,  
qui post vulnera convalescunt, qui lacry-  
mæ vocibus adjuvantur, qui cum interitum  
reviviscunt.

40. Post quintum seculum fieri desijt in  
tis aut etiam plerisque Ecclesijs pœnitentia  
quatuor illarum stationum, quarum supra nos  
semel meminimus. Et quidem in tota Eccle-  
sia

Graeca, id probat tuus Juenin part. 2. dissert.  
 6. quest. 8. cap. 4. art. 1. §. 3. pag. 660. ex  
 his rationibus, quas non contemnes, primò nul-  
 lo in canone, qui ab eo tempore editus fuerit,  
 fit mentio artificialium Classium penitentia  
 (nempe praedictarum stationum) Nullo in mo-  
 dimento reperire est hunc, aut similem loquendi  
 modum, qui tamen antea ubique apud Orien-  
 tales obtinebat: „ Qui hoc vel illo crimine se  
 commaculavit, tot annis in auditione, in  
 sublatione, in consistencia subsistet, deinde  
 quod perfectum est, consequetur » sed simpli-  
 ter concernitur: Non communicet, segre-  
 getur, ut in Concilio Ephesino can. 6. in Cal-  
 cedonensi can. 4. necnon in plerisque Trullanae  
 Synodi videre est. Secundò idem colligitur ex  
 omnibus liturgiis, quibus Graeci à mille, &  
 amplius annis utuntur: iis nimirum in litur-  
 gia nullum est vestigium orationis specialis, quae  
 ante Nectarium palam fundi solebat supra Pœ-  
 nitentes, nec manus impositionis, quae fiebat olim  
 super eorum capita, nec dimissionis solemnis,  
 quae fiebat finitâ eâ liturgia parte, quae Cate-  
 chumenorum missa dicebatur. Tertio idem  
 concluditur ex libro Pœnitentiali Joannis jeju-  
 natoris, qui Constantinopolitano Patriarchatu  
 labente sexto seculo praesuit. Liber ille dam-  
 nat quidem quorundam criminum reos satisfac-  
 tione, quae per decem, duodecim, quindecim an-  
 nos in

nos in jejunijs in orationibus perduret, ac  
quam detur Eucharistia communio, sed  
quam edicit, ut palam omnibus peragatur  
iuncta poenitentia, nunquam artificialium poe-  
nitentia classium meminit. Fit quidem haec  
mentio in can. 87. Concilij celebrati in Trullo  
& in Scholijs Joannis Abbatis Raithu ad Ier-  
lam S. Joannis Climaci, ut advertit Ede-  
dus Martene de antiq. Eccl. ritibus par.  
lib. 1. cap. 6. art. 4. Unum 5. sed forte ante  
meminere earum stationum, ut moris antiqui  
non autem consuetudinis, quæ tunc vigere

41.

In Ecclesia Latina ea stationaria, seu arti-  
ficialis poenitentia diutiùs perseveravit, nempe  
usque ad seculum octavum, nonùmque  
amplius, juxta Morinum lib. septimo cap.  
sed fortè sic evenit in Gallia, & finitimis  
quibus Germaniæ regionibus, uti etiam Ro-  
mæ, præsertim cum gravissima crimina po-  
nienda essent, ut patet ex exemplis ab eo ad-  
ductis. Cæterùm in reliqua Ecclesia Latina  
si rarum aliquem casum excipias, nec in  
quarti seculi, & initio quinti id genus poe-  
nitentiæ usurpatum crediderim. Hoc autem  
eo conijcio, quòd cum tam sæpè Hierony-  
mus, Ambrosius, Augustinus, alique illo-  
rum temporum doctores de publica poeniten-  
tia agant, eamque describant, quatuor ille-  
gum stationum, annorùmque cuique attributa

torum non videntur meminisse, eamque totam in fletu, cilicio, cinere, publica coram populo supplicatione, jejunijs, secessuque ab Altari, à publicis curis, voluptatibus positam fuisse docent. Igitur præcipua pars canonice poenitentiae consistens in longissimis illis & plebis pudore quatuor stationibus, imponi desijt post aliquot secula, eventu aliquo rarissimo excepto, adhuc tamen tam communis fuit e-<sup>24.</sup> tam hoc tempore horror poenitentiae publicae, ut in Ecclesia Græca quinto sæculo aut sexto, usque ad nostram ætatem, vix ullum reperiatur, aut etiam nullum memorandum publicae poenitentiae exemplum: in Ecclesia autem Latina, Episcopi non pauci octavi, nonique sæculi, ne penitus corrueret in Ecclesia usus publicae poenitentiae, implorare coeperint brachium seculare, nempe Principum potentiam, quâ, qui deliquerant, ad publicam poenitentiam cogentur; extantque, ut bene nosti, Imperatorum hac super te decreta. Cum verò, quod violentum est, duratum esse non possit, brevi sua poenitentiae restituta libertas est, sed iterum tam rara coepit esse, quàm libera, nisi etiam rara fuit, cum prædicti Imperatores ad eam urgebant: id enim eo ipso tempore amare dolet, & lamentatur Jonas, qui seculo nono Aulianensem Ecclesiam gubernabat lib. 1. de institutione-

stitutione Laicali cap. 10. *Perrari namque sunt hodie in Ecclesia (inquit) qui talem agunt penitentiam, qualem antiquorum Patrum penitentium exempla, & auctoritas canonica citat. Quis namque criminis reus, qui penitentiam publicam debuit mulctari, cingula militia deponit, & à liminibus Ecclesiae casti Fidelium arceatur, & à Christi corpore separatur? Quis porro in cinere & cilicio, more penitentium antiquorum, lamenta penitentium suscipit? Quae sanè verba plus significat quam volebam, nempe non solum paucos, neminem publicam & severam penitentiam eo tempore subiisse in Galliarum Ecclesiis, etiam in Latinis omnibus: non enim dicitur *in hac Ecclesia sed in Ecclesia*. Secutis certe temporibus usque ad seculum duodecesimum, tanta exequendi penitentiam canonicam sollicitudo incessit homines, ut ipsis ad qualemvis suorum criminum penitentiam revocandis, opus fuerit plures illos veteris penitentiae annos, ad menses imò dies & horas redigere, ut patet ex novo jure circa millesimum de redimendis per eleemosynas, preces, palamatas, scoparum tunctiones, aliisque hujusmodi penitentibus.*

43.

Tertiò, ut jam loquamur de illis paucis qui aut ex sua pietate, aut minis Episcoporum absterriti, aut Principum vi adacti, penitentiam

tiz jugum subibant, nec isti in multos annos  
 modum in viginti & amplius, ut putas, produ-  
 xere poenitentiam. Et primò iis, qui sponte sua  
 scelera confitebantur, magnâ ex parte poena re-  
 mittebatur, ut legenti canones, Concilium,  
 Gregorii, Basiliique constabit. Sæpe enim id  
 caveatur, ut sponte confessis minor poena irro-  
 gatur. Id ipsum fiebat, cum Pœnitens veri  
 coloris & emendationis signa præbebat. *Cum*  
*Pœnitentes* (inquiunt Nicæni Concilii Patres can.  
 11.) *cum omni timore, & lacrymis perseve-*  
*rantibus, & operibus bonis conversationem suam*  
*non verbis solum, sed opere, & veritate demon-*  
*strant, licebit Episcopo humanius aliquid circa*  
*eos cogitare.* Idem monet Greg. Nyss. epist.  
 can. ad Letoium, *si sit fide digna conversio, non*  
*trahetur annorum numerus, sed temporis proli-*  
*xitate refecatâ, ad Ecclesiæ restitutionem, &*  
*boni participationem compendio deducatur.* Et  
 Innocen. 1. epist. 1. cap. 7. *De pondere estiman-*  
*do delictorum, Sacerdotis est judicare, ut atten-*  
*datur ad Confessionem Pœnitentis, & ad sletus, at-*  
*que lacrymas corrigentis, ac tum jubere dimitti,*  
*cum viderit congruam satisfactionem, & Leo*  
 epist. 79. cap. 6. ad Nicetam Episc. *Tempora*  
*pœnitentis, habitâ moderatione, constituenda*  
*sunt tuo judicio, prout conversorum animos*  
*prospexeris esse devotos, Et epist. 129. novæ*  
*edit. Pœnitentia non tam temporis longitudine,*  
 quam

○

*quàm cordis compunctione pensanda est.* Ideo  
 colligitur ex epist. Episcopi Magalon. quam lo-  
 pra recitasti: nisi etiam amplior ibi facultas  
 que Episcopo, imò omnibus Ecclesiarum Recto-  
 ribus conceditur, liberandi videlicet Pœnitentem  
 eo vinculo pœnæ longioris, quacunque  
 causa, modo rationabilis esset, & honesta. Hoc  
 enim, ni malè recordor, fuerunt suprema  
 epistolæ verba: *de pœnitentia etiam sibi impo-  
 sitâ, secundùm quod ratio exigit, benignè re-  
 xeris.* Erat igitur in manu cujusque, longioris  
 pœnitentiam contrahere pœnitentiam, quam qui  
 trahebat ad plura lustra, non Ecclesiæ reveren-  
 tiam, sed socordiam suam incusare debebat.  
 44. cundò quem merita propria non commenda-  
 bant, non rarò commendabant aliena, faciebant  
 que, ut lapsò, quamvis in gravissima scelera-  
 tum, non admodum differretur. Eâ benignitate  
 cum Pœnitentibus usâ est sæpissimè verus  
 Ecclesia, pro ea summa reverentia, quâ habent  
 Martyres, Confessorésque, pro Pœnitentibus  
 intercedentes. Martyres autem vocabantur  
 am ii, qui pro fide nondum vitam profuderant,  
 sed sanguine in tormentis profuso, detinere  
 tur in carcere, ut ultimo supplicio afficerentur.  
 Confessores autem dicebantur, qui confessi  
 Christum erant, & carceri mancipati, nondum  
 tamen susceperant in quæstione tormenta.  
 Card. Baron, ad ann. 253. Hos igitur, aut  
 trosque  
 mendat  
 rent.  
 ad ann.  
 vere ad  
 pacem p  
 eudem  
 vere lis  
 missi p  
 quatio  
 minis g  
 nus fac  
 Ut quis  
 mollia  
 machi,  
 circum  
 macul  
 ceris r  
 Subdit  
 à rev  
 & Cler  
 tyres t  
 consue  
 & quo  
 diosur  
 ris pr  
 aditu  
 Conf  
 pisco  
 trosque

trésque, aut alterutros adibant Lapsi, ut com-  
 mendatitias ab eis ad Episcopos litteras accipe-  
 rent. *Consueverunt illi (inquit Card. Baronius  
 ad ann. cit. loquens de Lapsis) detentos in car-  
 cere adire Martyres & Confessores, ab eisdemque  
 pacem petere, rogare veniam, & supplices ab  
 eisdem ad Episcopos, & ceteros Sacerdotes acci-  
 pere litteras, quibus in consortium piorum ad-  
 mitti peterent.* Nec ii soli, qui lapsi in Fidei  
 45a  
 quaestione erant, id perfugium habebant, sed om-  
 nis generis Pœnitentes, ut refert Tertullia-  
 nus factus Montanista, de pudicitia cap. 20.  
*Ut quisque ex confessione vincula induit, adhuc  
 mollia, in novo custodia nomine statim ambiunt  
 machi, statim adeunt fornicatores: jam preces  
 circumsonant, jam lacryma circumstagnant  
 maculati cujusque, nec ulli magis aditum Car-  
 ceris redimunt, quàm qui Ecclesiam prodiderunt.*  
 Subdit autem Cardinalis Baronius loc. cit. tan-  
 tà reverentiâ & timore, non Laici tantùm, sed  
 & Clerici, ac ipsorum præsertim Episcopus, Mar-  
 tyres & Confessores in carcere detentos prosequi  
 consueverant, ut ab illorum rogatione desciscere,  
 & quos illi litteris commendassent, despiciere invi-  
 diosum nimis & asperum censeretur. Innume-  
 ris proinde hac viâ facillimus ad veniam patuit  
 aditus, ita ut rogandi tandem fuerint Martyres,  
 Confessorésque, ne tam multos tam facilè E-  
 piscopis commendarent, ut patet ex Cypr. epist.

46. 11. Tertiò cum propria merita deerant, ne-  
 liena juvabant, indultum sæpe fuit ex timore  
 inferendi majus detrimentum, nempe, ex  
 Pœnitentium imbecillitate, quorum ingenium  
 merus periisset, si canonica fuisset eis imperata  
 pœnitentia. Hac de causâ fuit statim receptum  
 ut suprâ diximus, cum suo populo Trophimus  
 Episcopus à Sanctissimo Pontifice Cornelio  
 proinde malè audiit apud quosdam Episcopos  
 Africae, veluti nimis benignus, sed à S. Cyri-  
 llo no fuit egregiè defensus epist. 52. ad Antiochum  
 num ita scribens. *Nam sicut Antecessores  
 stri SÆPE fecerunt, colligendis fratribus nos  
 carissimus frater noster Cornelius necessitati  
 cubuit, & quoniam cum Trophimo pars maxi-  
 plebis abscesserat, redeunte nunc ad Ecclesiam  
 Trophimo, & satisfaciente, & pœnitentia de  
 cationis errorem pristinum consitente, & fra-  
 nitatem, quam nuper abstraxerat, cum pœ-  
 humilitate, & satisfactione revocante, audi-  
 sunt ejus preces, & in Ecclesiam Domini, non  
 Trophimus, quàm maximus fratrum numerus  
 qui cum Trophimo fuerat, admissus est, qui  
 nes regressuri ad Ecclesiam non essent, nisi  
 Trophimo comitante venissent.*

Quod Cornelius cum Trophimo, & an-  
 tecessores Episcopi cum aliis sæpe fecerunt, ut  
 cere successores, nempe Concilium Antiochen-  
 num cum Samolatenis, Melchisedes Papa cum

Donatistis, Nicænum Concilium cum Nova-  
 tianis, Alexandrinum, confirmante Liberio Pa-  
 pæ, cum Episcopis Arianis, aliisque Patres, in id  
 præsertim intenti, ut qui reconciliabantur, ve-  
 teres errores ex corde damnarent, eam publicam  
 eorum damnationem loco pœnitentiæ habent-  
 es, ut patet ex Concilio Laodiceno, quod præ-  
 ter prædictam damnationem, nihil injungit al-  
 iud: sic enim habet can. 7. *De his qui ab Hære-  
 tici convertuntur, idest Novatianis, aut Pho-  
 tianianis, aut Tessaradecatitibus, sive baptizati  
 sunt illi, sive Catechumeni, non antè suscipian-  
 tur, quam omnes hæreses anathematizent, &  
 præcipue illam, qua detinebantur, Et tunc de-  
 mum hi, qui apud eos dicebantur Fideles, no-  
 stra doceantur fidei Symbolum, & uncti sacro  
 Chrismate sic Mysteriis communicent sacro-  
 sanctis.*

Benigna huiusmodi praxis, suadente ex-  
 petentiâ paulatim invaluit, ut exceptis insigni-  
 oribus delictis, reliqua omnia fuerint statim  
 pœnitentibus remissa, & pœnitentia non ita longa  
 purgata. Seculo octavo S. Bonifacius Mogun-  
 tinus Episcopus, hoc statutum edidit. *Quia  
 varia necessitate præpedimur canonum statuta  
 de reconciliandis Pœnitentibus pleniter obser-  
 vare, propterea omnino non dimittatur, curet  
 unusquisque Presbyter statim post acceptam con-  
 fessionem Pœnitentium, singulos data oratione  
 recon-*

reconciliari. In Ecclesia Aurelianensi, secundo nono vix ulla à Pœnitentibus publica pœnitentia exigebatur, deque hoc, tanquam de communi consuetudine, queritur, & expostulat eodem populo suo Jonas Aurelian. Episc. per hæc verba in loco superius citato, *Priscis religionis vestra temporibus, dum quis secundum consuetudinem sibi à Sacerdote, usque ad satisfactionem iudicio indutus & cinere conspersus, habitu rictu suo, humi prostratus, lacrymisque profusus debeatur, statim pœnitens esse agnoscebatur, & que ei à Domino ignosceretur, ab omnibus precabatur. Nunc autem in catu Christiano, circo vix pœnitens agnoscitur, quia PENEHIL HORUM ERGA PŒNITENTES AGITUR.* Et tamen eorum quoque temporum canones Pœnitentiales severissimi sunt. Quod quod idem Morinus à communi eâ regulâ longæ & severæ pœnitentiæ innumeros exempli lib. 5. cap. 6. ubi sic. *Cum urgebat periculum mortis, aut reformidabatur salutis animæ perniciis, veluti cum periculum erat, ne capitales peccatorum rei ad Hæreticos, aut etiam Gentiles transfugerent, aut grave aliquod incommodum Ecclesia crearetur, absolutio statim post confessionem peccati, & veram resipiscentiâ demonstrationem, aut brevi exactâ pœnitentiâ concedebatur. Adeo, quamvis severa lex esset, tamen semper praxis benigna, vel saltem minus severa quam*

quam vos putatis, qui solas veteres leges reco-  
litis, & ex legibus mores æstimatis.

D. R. Nōrunt omnes, ex legibus non sa-  
tis colligi praxim. At ego facta & non solos  
canones Ecclesiæ veteris in aciem eduxi.

D. D. Facta quidem aliqua produxisti, 48.  
sed quàm pauca illa sunt pro tot seculis, nempe  
facta septem vel octo pro totidem seculis. Quod  
autem mirabilius est, nullum ex ipsis id, quod  
intendis, evincit, sed omnia, aut inutilia sunt,  
aut contraria. Expendamus singula. Refere  
quidem Ambrosius, se *cognovisse quosdam, con-  
tinuè stertibus exarasse genas, stravisse corpus  
suum calcandum omnibus &c.* Non tamen re-  
fert id facere coactos eos fuisse, ut canonicam  
pœnitentiam adimplerent: id enim contra ca-  
nones factum fuisset, cum cautum esset, ut  
horum sic dolentium pœnitentia, non solum  
perpetua ne esset, sed nec admodum longa.  
Agit igitur Ambrosius de voluntariis Pœniten-  
tibus, qualis absque dubio David fuit, aliisque  
innumeri, quibus Ecclesiastica abundat historia,  
qui rigidissimam usque ad mortem, & plus-  
quam canonicam pœnitentiam, solo impellente  
canone Charitatis peregerunt. Præterea *quos-  
dam* novit Ambrosius tam diu Pœnitentes, nem-  
pe aliquos perpaucos. Non igitur is erat Ec-  
clesiæ mos, ut viginti & amplius annorum pœ-  
nitentiæ rei plecterentur. Cum enim etiam

tum ea gravissima delicta, quibus tot annorum  
pœnitentiam canones decernebant, non rari  
patrarentur, & fortè frequentius, quam modò  
ut alibi ex eorum temporum Scriptoribus  
ostendam, iam non *quosdam*, sed satis multos  
tamdiù pœnitentes agnovisset Ambrosius.

49. Pœnitentia, quam describit Joannes  
Crisostomus, est pœnitentia Religiosorum, quam  
jure & lege propriâ illius Monasterii, non  
tem ex lege & jure communi Ecclesiæ, per-  
hibebant, qui gravissimo aliquo delicto pro-  
fessionem religiosam violaverant, ut est ea pœ-  
na, quâ etiam modò plectuntur in Ordine  
Religioso Apostatæ, vel gravissimæ alterius  
pœ rei. Non igitur eâ narratione evincitur  
quod intendis.

50. Ex gravissima pœna, quæ solet in-  
ferri Pœnitentibus, si contraherent Matrimonium  
vel militiam repeterent, nihil probari, ostenditur  
est supra. Addo, hoc ipso vinculo relaxatos  
facile fuisse Pœnitentes, cum gravis causa  
esset. Hinc Leo Papa, scribens Galerio Episcopo  
Tripolitano, relatùs à Gratiano 33. quod  
2. relaxavit eo vinculo ejus regionis gentem  
quæ alioquin Pœnitentiæ remedium recusat.  
Eadem benignitate usus est idem Pontifex scri-  
bens ad Rusticum cum quibusdam, qui metu  
mortis imminentis, cum Juniores essent in  
Pœnitentium Ordinem cooptati, postea  
ne la-

ne laberentur in fornicationem, Matrimonium  
 contrahebant. Hanc & similem veniam, so-  
 litam facile præberi ab Episcopis, innuunt satis  
 ea Divi Augustini verba, ferm. 58. de temp.  
 reiicientis quorundam impœnitentium excu-  
 sationem. *Fortè est aliquis, qui dicat, ego in  
 militia positus sum, uxorem habeo, & ideo pœ-  
 nitentiam agere quomodo possum? quasi nos  
 quando pœnitentiam suademus, hoc dicamus,  
 ut unusquisque magis sibi capillos studeat au-  
 ferre, & non peccata dimittere, & vestimenta  
 potius evellat, quàm mores.*

Quod ipsum constat ex pœnitentia Theo- 51.  
 doli, qui ea perfunctus, nec abstinuit à publi-  
 cis curis, nec à bellis gerendis, nec à gestandis  
 insignibus suæ dignitatis, aliisque hujusmodi,  
 à quibus pœnitentes abstinere jubebantur. His  
 ergo legibus post pœnitentiam fuit absolutus,  
 ut alijs multis dum ipsam perageret, quamvis  
 cum eo actum durius fuisse ineruditi credant.  
 Delictum ille commiserat adeò publicum, adeò  
 enorme, adeò multiplex, ut nec centum anno-  
 rum pœnitentiâ dilui posset. Peccârant qui-  
 dem in Imperatorem Thessalonicenses, sed ali-  
 qui tantum ex ipsis peccârant, nempe pauci  
 seditiosi, nec publico consilio, si que ipsi pauci  
 dederant pœnas, ut habet Costerius in vita  
 Ambrosij. Intercedentibus pro ea Urbe plu-  
 ribus Episcopis, ipsòque Ambrosio, veniam  
 se da-

se daturum promiserat Imperator, quam  
 men aded non dedit, ut crudelius de ea Urbe  
 supplicium sumere vix posset. Occisi enim  
 sunt ad septem millia Thesalonicensium sine  
 ullo delicto, sed, ut discurrentibus per Urbem  
 militibus sese offerebant, Juvenes Senesque  
 indigenæ, advenæque; imò, ut in Theatrum  
 per detestabilem prodicionem fuerant à Magis-  
 tratibus ad Circenses Ludos invitati, nempe  
 ut simul in caveam collecti, & nil minus co-  
 gitantes, inermesque, faciliùs occidi possent.  
 Cum uni homicidio tot annorum poenitentia  
 ut dicis, imponi soleret, quàm longa impo-  
 debisset, pro septem milibus homicidijs in-  
 nocentium subditorum, cum tanta feritate  
 fraude, perfidia commissis? Nec unius tamen  
 poenitentia diem indixit Ambrosius, sed per  
 epistolam plenam obsequio, quam recitat Eusebius  
 Baronius id factum referens, eum, ne ad Ec-  
 clesiam oblaturus, & communicaturus accessis-  
 ret, admonuit, accedentemque removit, quo-  
 rum neutrum omitti vix poterat sine ingenti  
 scandalo. Id enim eo tempore sine ullo dilu-  
 mine præstabant omnes, qui enormi, & publico  
 eo aliquo delicto se obstrinxerant, ut ab obse-  
 ratione aut etiam ab Ecclesia pro aliquo tempo-  
 re abstinerent. Continuit se quidem dominus  
 Imperator, postquam fuit ab Ecclesia repul-  
 sus, totos sex menses gemens, & lugens, &

sponte sua, non autem ex Antistitis illud temporis spatium ad pœnitentiam statuentis imperio. Quare, ut primùm se iterum ad Ecclesiam contulit, & Ambrosio eum pariter repellenti professus est, se venire non ut Imperatorem, sed ut Pœnitentem, paratum omnia facere, quæ juberetur ad sui criminis expiationem, statim receptus est, jussusque id solum (tota pœnitentia quam Ambrosius pro tanta clade imposuit) ut eam legem conscriberet, quæ deinceps executiones sententiarum de cæde, & publicatione bonorum ad triginta dies differrentur, ut illo temporis spatio, maturè expendi possent; quod ubi se facturum promissit, Templum ingredi permixsus est, nullaque alia ei lege indicta ex ijs multis, quæ tunc indici Pœnitentibus solebant, post publicam confessionem delicti sui, quam Imperator in medio templo humi prostratus, & gemens ex sua pietate peregit, fuit illico à Sancto Antistite ad publicam cum alijs Sacræ Eucharistiæ Communionem admissus. Magna profectò fuit in hoc facto Ambrosij generositas, sed rigor nullus, eaque ipsa generositas, necessaria fuit. Cum enim post adeò enorme delictum, quod universæ Ecclesiæ scandalo fuerat, permitti ab Episcopo non posset citra grave peccatum, ut Imperator ad Eucharistiæ Communionem, nullâ exhibitâ pœnitentiæ significatione publicè acce-

accederet (accessisset autem, si Templum esse ingressus) jam necessariò fuit repellendus. Repulso autem, & veniam exposcenti, nulla potuit imponi poenitentia mitior eâ, quam Ambrosius imposuit, non induendi videlicet sacrum, non permanendi per aliquot annos in foribus Ecclesiæ, perque alios cum Cathedra menis, & procul à Fidelibus in cinere, cilicis lacrymis, & jejunijs procul à thoro, procul à bello, procul à curis publicis, procul à voluptatibus, sed unicam legem condendi, eaque arario noxiam, nihil Principi, aut subdito gravem, sed his perutilem, illi decoram. Quare hujusmodi factum Ambrosianæ benignitatis potiùs argumentum fuerit, quàm antiqui rigoris.

52. Id ipsum de poenitentia, quâ B. Gregorius VII. Henricum subegit, dicent eruditissimi, qui norunt, quot & quanta ille Imperator in Pontificem, in Ecclesiam, in Deum querat; Nec valdè gravis ea habebitur, quæ alteri Henrico Angliæ Regi post impiam Stepheni Archiepiscopi necem, à suis satellitibus perpetrata, fuit imposita; si perpendantur ingentia demortui Præsulis in regnum, & Ecclesiam merita, eaque innumera, & gravissima mala, quibus tot annis fuit à Rege vir sanctissimus tota Europa exagitatus, & millies prave voluntate occisus, quibus omnibus culpis elevandis

endis, fuit ei pœnitentia, quam descripsi-  
 sti, imposita; ærario gravior, quàm corpori,  
 quam, an fuerit executus, ignoro. Nec  
 ego is sum, qui valde graves pœnitentias  
 olim fuisse quandoque impositas, negem; sed  
 nego tam graves fuisse pro quibuslibet gravi-  
 bus, aut etiam gravioribus impositas, & per-  
 nego eas non fuisse plerumque remissas, sed  
 executioni mandatas. Executionem certè non  
 habuit pœnitentia Ludovico Pio Imperatori  
 imposita, nec, si habuisset, posset utiliter hæc  
 in exemplum afferri, cùm constet, eam fuisse  
 à factiosis Episcopis, adnitente Lothario ejus  
 filio, regnandi cupido, injustè impositam.

Justa fuit ea, quam Edgardo Angliæ Regi 53.  
 S. Dunstanus inflixit: eaque, quam S. Romu-  
 aldus imposuit. Sed id factum fuit à sanctis-  
 simis illis viris, non ex lege communi, sed  
 Deo interiùs impellente, ut in Ecclesia, sicut  
 reliquarum virtutum abundant exempla, ita  
 extaret aliquod pœnitentiæ rigidioris exem-  
 plum: cùm cæteróqui humano iudicio cul-  
 pandus non videretur Otho Imperator, ejus-  
 que exercitus Dux, dum Crescentium, rece-  
 ptum quidem in fide, sed iniquissimum Ty-  
 rannum, & nova semper contra S. Sedem mo-  
 liturum, ipso impellente, qui factum probare  
 posse videbatur, neci dederunt.

Ex his igitur, quæ produxisti, antiquitatis 54.  
 exem-

exemplis, non eminet ea, quam animo pro  
 conceperas, veteris Ecclesiæ in imponendis  
 pœnitentijs, eisque exigendis severitas, cum  
 plura ego produxerim veteris benignitatis,  
 condonandis, aut minuendis, aut relaxandis  
 pœnitentijs exempla. Verùm volo tecum  
 humanior; fuerit Ecclesia vetus non solùm  
 severior, quàm præsens, in sceleribus vindi-  
 candis, quod est indubitatum, sed fuerit plus  
 quam severior, nec solùm alicubi, quod etiam  
 indubitatum est (nullum enim Ecclesiæ sæculum  
 caruit Episcopis rigidioribus, ut nullum caruit  
 benignioribus) sed ubique severissima fuerit.  
 quid, rogo, ex hoc colligitis, Rigidi Doctores?  
 Aliquid profectò intenditis, dum semper  
 obtruditis Canones antiquæ disciplinæ,  
 dum semper pœnitentias illas viginti, & im-  
 plius annorum memoratis. Num ut videamini  
 eruditi? Non laudo vanitatem. Num ut  
 erudiatis? laudo charitatem. Num ut  
 Fideles ad severam, sed liberam, & spontaneam  
 suorum scelerum vindictam excitetis? Iterum  
 laudo charitatem & alieni profectò  
 amorem. Num (quod suspicor valdè) ut  
 Confessarios ad easdem modò imponendæ  
 pœnitentiæ leges servandas inducatis? damno-  
 sorque importunam severitatem.

*D. R.* Cur importunam eam vocas?

SS.

*D. D.* Causas afferam, cum calumnia

quibus præsentis Ecclesiæ benignitatem in invidiam vocatis, reiiciam. Nunc satis sit eam innuere, nempe, non easdem diversis temporibus leges congruere *Multa sunt* (inquit S. Leo Papa Ep. 90. ad Rusticum Narbonensem) *qua aut pro necessitate temporum, aut pro consideratione ætatum, oportet temperari.*

D. R. Nunquam igitur nobis modò utendum erit severitate, & leves semper pœnitentiæ injungendæ.

D. D. Id ego non assero, nec ista præsentis Ecclesiæ praxis est. Injungantur graves pœnitentiæ, sed non quas prædicas à veteri Ecclesia impostas, viginti, & amplius annorum, quas videlicet nunquam, aut vix unquam verè factas ostendi, & sinè fructu in aliquibus Regionibus impostas fuisse ostendam. Injungantur graves, quæ videlicet nunc habentur graves, ut sunt jejunium aliquod, notabilis eleemosyna, Templi, non ita proximi, visitatio, nec brevis oratio, Sacramentorum semel saltem in mense perceptio, salutaris libri quotidiana lectio per Hebdomadam, aut mensem, quæ cum graves pœnitentiæ nunc habeantur, jam de gravitate delicti sui pœnitentem docent, monentque non esse leve, quod commisit: id enim debere eum per pœnitentiam moneri Concilium Tridentinum innuit *sess. 14, cap. 8. dum vult, eam esse*

esse imponendam, ne poenitentes peccata levi  
 putantes in graviora labantur. Injungantur  
 ves, quæ revocent à peccato, ut idem vult,  
 quæ non revocent à Pœnitentiæ Sacramento.  
 57. charitas postulat, graves, inquam, pro gravitate  
 criminum, & ut idem Concilium subdit, pro  
 facultate pœnitentium. Neque enim (ut dicitur  
 Chrysostomus lib. 2. de Sacerdotio) temerè  
 delictorum modum oportet, & multam  
 adhibere, sed tanquam conjecturè quibusdam  
 explorandus est delinquentis animus, ne scilicet  
 dum consuere vi, quod interruptum est, scilicet  
 ram deteriolem facias, ac dum eum, qui lapsus  
 est, erigere atque emendare studeas, castitas  
 major per te reddatur. Nam qui infirmus  
 ac remissus, & magna ex parte, mundi hujus  
 licijs illecebrisque illaqueati, quique à generis  
 claritate à potentia, atque opibus habere se  
 vant, unde animos magnopere tollant, si scilicet  
 ac paulatim peccatorum correctionem adhibere  
 possint utique, si non penitus, attamen parte  
 qua eximere se, ac liberare malis peccatis  
 quibus occupantur, quos si justa statim animarum  
 versione emendes, fiet, ut minori etiam illa cor-  
 rectione, quàm sustinere poterant, privet. Et  
 manus enim animus, postea quàm verècundis  
 fines semel transire coactus est, in insolentiam  
 delabitur: tum autem, neque blandus veritas  
 paret, neque nimis flectitur, neque beneficiis  
 moveri.

movetur. Quo circa multa quidem opus est Pa-  
 storis prudentiâ, sexcentis etiam, ut sic dicam,  
 oculis, ut rectè undique humani animi habitum  
 circumspicere possit. Igitur si Pœnitens non repu-  
 gnat, aut libenter consentit, minuendum erit o-  
 nus impostum, ejusque non humeris tantum,  
 semper viribus corporis, sed animi etiam viribus  
 temperandum. Si præsertim Pœnitens ex ijs  
 non sit, qui semel tantum in animo, & potius  
 ex metu censuræ, aut infamiæ accedunt, quàm  
 ex amore salutis suæ, cum his enim fortè se-  
 verius agendum sit, ut ipsa severitate animus  
 ipsorum, ac dispositio exploretur.

Demum, quandoquidem veteres canones § 9.  
 pœnitentiales removeri tam ardentè cupis,  
 unum ut removeas, non permittam tantum, sed  
 hortabor. Primus hic est in libris Pœnitentia-  
 libus veteris Ecclesiæ, eoque monentur Con-  
 fessarij partiri pœnitentiam cum Pœnitentibus,  
 ita ut quoties ipsos jejunare jubent, jejunent  
 cum ipsis unâ aut duabus Hebdomadis, aut  
 quantum possunt. Sic habet liber Pœnitentia-  
 lis Egberti Eboracensis, aliique à Morino re-  
 citati post suum opus de pœnitentia. Sic ha-  
 bent liber Pontificalis Monasterij Gemmeti-  
 cenlis, aliique allati ab Edmundo Martene de  
 antiq. Eccl. rit. part. 2. lib. 1. Hæc autem  
 sunt omnium verba. Quotiescunque Christia-  
 ni ad pœnitentiam accedant, jejunia damu-

R

Et nos

Et nos communicare debemus jejuniis una  
 duabus hebdomadis, vel quantum possumus  
 non dicatur nobis, quod Sacerdotibus Judaeis  
 dictum à Divino Salvatore. *Va vobis* (65.) *pe-*  
*peritis, qui aggravatis homines, & imponitis*  
*super humeros eorum onera gravia & impropria*  
*bilis: ipsi autem uno digito vestro non tangunt*  
*sarcinas ipsorum: Non enim potest subire*  
*cadentem sub pondus, nisi inclinaverit se*  
*porrigat ei manum...* Necesse ergò nobis est  
 licitos nos esse pro peccantibus, quia sumus  
 ter utrum membra. Et si comparatur

60. *membrum, compatiuntur omnia membra.*  
 hujus generis rigor vester, in alios amore  
 tus, in vos severus totus: sit is, quem  
 non præferitis. Id enim displicet omnibus  
 qui vobiscum versantur. Vident vos esse  
 gniores vobiscum, quò rigidiores estis  
 alijs. Non hæc incedentium per vestigia  
 trum, ut incedere jactitatis, praxis est.  
 graves illi pœnitentias imposuerunt alijs,  
 vissimas ipsi subière. Cùm de sua pœnitentia  
 dubitarunt, an à justa mensura deficeret, at  
 istam excederet, excessum maluerunt, quàm  
 ctum; at, cùm hoc de pœnitentia, quam  
 ponebant alijs, dubium incidisset, deficere  
 uere, quàm excedere, ex nimia misericordia  
 deflectere de recto tramite, quam ex nimia  
 veritate: tutius esse judicantes in hac re, de  
 agunt



*pœna peccati futura. Sicut enim si fascem per humeros adolescentis, quem non potest iulare posueris, necesse habet, ut aut fascem rejiciat, aut sub pondere confringatur, sic tibi, cui grave pondus pœnitentiæ imponitur, necesse est, ut aut pœnitentiæ tuam rejiciat, aut suscipiens, dum sufferre non potest, scandalizans amplius peccet. Deinde etsi erramus, non dicam pœnitentiæ imponentes, nonne melius propter misericordiam rationem reddere, quam propter crudelitatem? Ubi enim Paterfamilias largus est, Dispensator non debet esse tenax. Si Deus benignus est, ut quid Sacerdos ejus austerus? Vis apparere Sanctus? circa vitam tuam esto austerus, circa alienam benignus.*

## CALUMNIA X.

*Per vim fuere Fideles veteris Ecclesiæ ad publicam, & severissimam Pœnitentiæ compulsi.*

## DISPUTATIO X.

Doct. Rig.



*D* quidem primis Ecclesiæ seculis factum fortasse non fuit, tunc tamen autem fuisse post sextum aut septimum seculum in tota, aut ferè tota Ecclesiâ, docent